



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.
Canonum Ordinarii Professoris**

Juris Canonici A. R.P. Paulo Laymanno Societatis Jesu Theologo SS.
Canonum In Alma, Catholica, Et Episcopali Universitate Dilingana
Professore Qvondam Ordinario, Prælectionibus Academicis Illustrati

Laymann, Paul

Dilingæ, 1673

Cap. Vltimum. Super.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62587](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62587)

que duo in facie Ecclesie pro legitimis conjugibus habentur, & incidat mera questio anne seu utrum Matrimonium inter eos in facie Ecclesie contractum sit, quod iudex Ecclesiasticus inhibere possit seculari, ne procedat in eiusmodi questione, etiam incidenter, colligitur ex cap. Si iudex. 12. de sentent. excommunic. in 6. & tradit Conarr. loc. cit. alique apud Panorm. c. 12. id. que in hoc casu propter errandi periculum & publice opinionis presumptionem.

Cap. Vltimum.

Super.

PARAPHRASIS.

Spoliatus agens iudicio possessorio recuperandæ seu ad restitutionem rei ablatæ aut occupatæ, non tenetur convento respondere super aliâ reconventionem aut petitionem iudicio, præterquam si reconventio fiat super alia spoliatione.

SUMMARY.

1. Virumque cassatur privilegium, si concurrant duo ex causa omnino pari diversis partibus competentia, & servatur jus commune; secus si ex diversis causis competant; vel unus tantum in genere, alter vero specificè in hac causa privilegiatus sit.

NOTA. actio Possessoria recuperandæ privilegiata est, ut qui eam intentat

adversario respondere non teneatur, præterquam si & ipse de spoliatione excipiat, aut reconueniat.

Corollarium. Si concurrat privilegium cum privilegio ex causa omnino pari, tum utrumque cassatur, & servatur jus commune, sic dicunt DD. nominatim Panorm. in c. Presentia. n. 37. de Probat. si Ecclesia hæres instituta sit, quod possit ex legatis alteri Ecclesie relictis detrahere falcidiam, sicuti communi iure ex legatis detrahi solet; secus autem est, si aliquis in genere tantum privilegiatus sit, alius vero specificè in tali causa, tunc privilegium specificum prævalet, quâ ratione Ecclesia contra Ecclesiam, minor contra alium minorem petit restitutionem in integrum. c. Auditis. 3. de in integr. restituitur. nam hoc beneficium competit ratione læsionis, quæ in altera Ecclesia similiter non reperitur, ut ponimus, nam si æquè etiam ipsa læsa sit, restitutio adversus eam non concedetur. Secus item est, si ex diversis causis privilegia competant, tum privilegiatus contra privilegiatum potest uti privilegio, arg. l. 1. ff. Ex quibus causis Maiores. Videatur Bartol. in l. Quas actiones. n. 3. C. de SS. Eccles. Panorm. h. n. 2. sic v. g. absens ex causa necessaria restituitur adversus præsentem, si ob absentiam possessiones & jura sua amisit, sed & vicissim præsens restituitur contra absentem, si ex eo, quia nemo aderat, qui eum defendere vellent, tempus actionis extractum fuit.

cit. l. 1.

TITVLVS XI. DE PLUS PETITIONIBUS.

CAPITVLVM I.

Consilium.

PARAPHRASIS.

UTER exceptiones, quæ Actori ante vel post litem contestatam objici possunt, etiam ea est, quod plus petat, quàm debeat, quare hoc loco titulus iste ponitur.

Non est consultum Actori, ut pecuniam sibi debi-